

*Accordo tra Fulcone Ruffo
e il fratello Guglielmo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Accordo tra Fulcone Ruffo
e il fratello Guglielmo*

1322-10-13

In nomine Domini amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, die tertia decima mensis octobris, sexte inditionis, apud Giracium. Regnate Serenissimo Domino nostro Rege Roberto Dei gratia inclito Hierusalem, et Sicilie rege, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, Forcalquerii, ac Pedemontis Comite. Regnorum suorum anno quartodecimo feliciter Amen.

Nos Guglielmus de Trigona Iudex civitatis Giracii, et Thomasius de Silverio eiusdem civitatis Giracii Regius Publicus Notarius, et testes subscripti ad hoc vocati specialiter, et rogati presenti scripto publico notum facimus atque testamur quod Vir nobili genere Fulco Ruffus de Sinopolo, Bubalini et Capitii Brutianii Dominus, et Guglielmus Ruffus de Sinopolo Cambellanus Ducalis, et Veteris Brutiani Dominus, fratres, presentes a Giracii, et consensientes prius in nos prefatos iudicem et notarium tamquam in suos Iudicem e Notarium, cum ex certa eorum scientia scirent nos suos Iudicem et Notarium in hac parte nomine nostro, esse iurisdictione nostram in hac parte ex certa eorum scientia prorogantes in nostra presentia constiterunt de lite discordia, seu controversia que vertebatur inter fratres eosdem que tam ... talis erat dominus Fulco dicebat namque predecessores ipsius domini Fulconis ipsius Capitis Brutiani Domini, et Vassalli eorum habitantes in terra eorum Brutiano praedicta habebunt ius sumendi pascua in tenimento Veteris Brutiani libera, sine affidatura quacumque, ac etiam sumebant eadem libera cum animalibus eorum, nec non habebat ipse Dominus Fulco, et predecessores eius predicti, ac vassalli eorum ius venandi libere in

tenimento Veteris Brutiani predicti, in quorum iurium possessionem se dicere existebat: dicto tamen Guglielmo in contrarium asserente, et dicente veraciter esse aliter quam asserebat Dominus Fulco predictus, et subiungebat idem Guglielmus quod dictus Dominus Fulco iniuste, et rationabiliter occupata retinebat casalia tria, videlicet Casale Timano, Casale Corati, et Casale Castaneto cum tenimentis eorum pertinentia, ius, et proprietatem ipsius Veteris Brutiani. Item molendinum unum dictus de loco ex quoddam Viridarium contiguum molendino predicto, tanquam inter eos existentes dubiare, lite incerta nec dum finita, considerantes ipsi fratres, fraternali affectu, quod parere debet concordia ex qua oritur pax amena qui in affectus debet repellere discordiam pacis emulam, et integram amicitiam volentes ipsi fratres ipsum affectum nullo modo dissolvere. Quod pace non odiis laborandum sumptibus, et expensis inter utramque partem evitando, non vi, non dolo, vel metu, sed ex eorum spontanea voluntate ad pactum, et condordiam charitatis instintu eorum, et aliorum consanguineorum suorum et transactionem demum devererunt, videlicet quod dictus Dominus Fulco remisit, et renunciavit, accessit, pro se, et suis heredibus in perpetuum predicto Guglielmo pro se, et suis heredibus [***] iurisdictionem predictam quam habebat, vel habere sperabat, in territorio Veteris Brutiani predicti, desumendis videlicet pascuis, ac venando in illis ut superius expressimus. Versavice dictus Guglielmus remisit, et renunciavit eidem Domino Fulconi Casales, molendinum et cetera supradicta, cum illorum rationibus et pertinetiis eorum omnibus, et omne ius, et actionem quam habebat, vel habere poterat de Casalibus, molendini videlicet dictis ad confederationem tam ipsius, quam sui fratris,

et conventionem inter fratres eosdem dictus Dominus Fulco in terra ipsius Guglielmi, et ipse Guglielmus in terra ipsius Domini Fulconis possint venari libere cum illis personis cum quibus eis placuerit quando earum persone erunt presentes in venatione predicta. Item quod animalia ipsius Domini Fulconis in terra ipsius Guglielmi, et animalia ipsius Guglielmi in terra Domini Fulconis possint sumere pascua libere sine affidatura quacunque, et vassalli ipsius Domini Fulconis in terra ipsius Guglielmi, et vassalli ipsius Guglielmi in terra ipsius Domini Fulconis ubicumque stent, morentur, vel habitent ipsi vassalli cum animalibus, non possint sumere pascua in terris eidem iam affidatis pro dictos Dominos, vel eorum Procuratores, sed eas valerunt affidare. Item quod dictus Dominus Fulconis, vel eius Vicarius, et dictus Guglielmus, vel eius Vicarius vassallos alterutrius recipere, et retinere in terris eisdem in suis dominiis non attentent. Item quod ipse Dominus Fulconis, vel officiales eius, et dictus Dominus Guglielmus, vel officiales eius non se intromittant in terra alterutrius invito altero in peragrandam eandem sed alterutrum fore placitum. Quem transactionem, cessionem, et omnia, et singula scripta, et subscripta per me infrascriptum notarium promittentes ad invicem pro se, suosque heredes, et successores in perpetuum rata habere et firma, contra ipsa, vel ipsorum aliqua de iure, vel de facto, ibidem, sive extra, per se, vel alio non facere, vel venire contra, vel controversiari sibi ad invicem, videlicet una pars alteri promisit, vel premissorum aliquo predictorum occasionem non inferat, nec inferentes consensio. Unde ob observantiam, et ad impletionem supra ad invicem promissam, omnia, et singula supradicta, ita ut unusquisque contentetur

de suo, videlicet quod habet, tenet, et possidet, et quod neuter presumat bona alterius in totum, vel in partem minuere cum magnam diminuere, vel aliquatenus occupare, sub poena unciarum auri ducentarum Regie Curie solvendarum, me predictorum Notario pro parte ipsius Curie stipulante legitimam poenam ipsam, nec non sub poena refectionis damnorum, et expensarum, et interesse litis, extra quos et quas unam partem ab altera facere, vel substinere contigerit predictorum occasione, seu causa. Quas poenas ipsae [***] toties ad se committi, et exigi voluerunt per illum, vel illos inditiones, quem vel quos, pars ledenda elegerit summarie, et de plano, sine libelli oblatione, litis contestatione, strepito, et figura iudiciis, appellatione aliqua non obstante per quascumque ipsas partes, vel eorum Procuratores contra predicta venire contingerent, vel aliquo earundem ipsisque poenis solutis vel non, in totum, vel in partem, aut gratiose remissis, omnia et singula supra scripta in eorum maneat firmitate, exceptione metus, seu vis in factum actioni [***] via, privilegium fori, beneficio restitutionis in integrum, et generali legum auxilio tam canonico quam civili, iure scripto, et non scripto promulgato, et promulgando, et beneficio capitulorum Regni pro quod possent ipse partes, vel aliarum altera contra predicta venire, vel aliquibus eorumdem omnino denunciates, certificantes priusquam partes de beneficii ipsi sibi competentibus per nos Iudicem et Notarium predictos, et alios Iuris peritos. Et ad maiorem firmitatem predictorum ambe partes iurarunt ad invicem ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta servare, et adimplere omnia, et singula suprascripta contra ipsa, vel ipsorum aliqua nullatenus veniendo. Preterea ipse partes dederunt nobis Iudici, et Notario, ac testibus plenam

licentiam, et liberam potestatem faciendi, et reficiendi presens publicum instrumentum ad consilium unius, vel plurium sapientum addendo clausulam, vel clausulas, non tamen mutatas non tantum semel, sed et pluries, donec presens instrumentum penes ipsam partes plenam obtineat robores firmitatem contradictione, seu absentia partis alterius non obstante. In super promiserunt sibi ad invicem ambe partes ad requisitionem alterutrius partis cum tempus aderit uxorem eorum consentient huic contractui, et ratificatione omnia, et singula contenta in stipulatione poenali Iureiurando et sollemnitatibus legitimis aliis omnibus per quas presens contractus in sua maneat firmitate.

1

2

3

4

Unde ad huius rei futuram memoriam, et ut de premissis omnibus semper haberi valeat plena fides, et in ambarum partium cautela facta sunt exinde duo publica consimilia instrumenta, scripta, et subscripta per manus mei notarii predicti, Iudicis et subscriptorum testium singulis subscriptionibus roborata ipsarum partium petitionibus et rogatu quorum unum [***] ipsi domino Fulconi ad sui, suorumque heredum cautelam est traditum. Reliquum huic consimile ipsi Guglielmo ad suam, suorumque heredum cautelam et similiter assignatum. Actum anno,

Illegibile

Manca nel testo

Illegibile

Illegibile

mense, die, loco et inditione premissis. † Ego Guglielmus de Trigona qui supra Iudex Civitatis Giracii testor. † Ego Fulco Lucifero miles testor. † Ego Riccardus Guarna miles testor. † Ego Leo Domini Ugonis de Giracii predicta testor. † Ego Dominus Lopes de Luna testor. † Ego Gualterius Perdepali rogatus testor. † Ego Enricus de Amantea rogatus testor. † Ego Robertus de Neapoli rogatus testor. † Ego Nicolaus Tropeanus rogatus testor. † Ego Thomasus de Apulea rogatus testor. † Ego qui supra Thomasius de Silverio Regius Publicus Notarius Civitatis Giracii scripsi, et subscripsi.